adhuc breui in spacio acturus ab uno nesciam diuelli. Sed et ipsi quaeso patienter
expectent, nec ei moleste ferant, si in historico opere librum Scipio meus te
net, qui in proprio tenet omnes, notis ut arbitror ad hunc ducem amor est meus, non
ex conuictu, non ex nexu sanguinis, neque ex beneficiis acceptis, aut obsequio aut
spe ulla, sed ex auctorum testimoniis, rebusque et moribus uiri ortus, et sane quos — ł. ulla
breuitas ista non satiat, habent quo sitim suam preter auiditatem ieiune mentis huius
narrationis expleant, non titulum modo celeberrimum scriptorem cuius hec de fonte
magna ex parte libauimus. Sed mille alios per omnes fere libros non tantum historicos
sed poeticos et morales quos romana elloquentia habet, multosque etiam grecorum
~~uiri~~ huius de quo loquimur uiri laus effusa est, in ea ursatque oculis legentium
quocumque se flexerint, uix sine nomine Scipionis uirtutis nomen inuenias, que si est
amabilissima rerum omnium humanarum, quanto illi quisque coniunctior, tanto amabilior illam
amantibus esse decet. Sed et multa preterea de hoc ipso plura nec non supersunt, uiri finis
attingendus est. Id enim quisquis adhuc historie locum uel legendo uel audiendo peruenit
expectare arbitror, me non ut rem persequar uitas hortatur, sed trahit reuerentia
romani nominis, sine cuius infamia res narrari nequit, quo facile silentium impetraret nisi
essent omnia me licet tacente notissima. Dicam quod huius tanti ducis exitum, qui cum plurima
bella gessisset semper inuictus fuit semper fortunatissimus apud exteras nationes et apud
omne genus hominum, modo fortunatior fuisset inter suos ciues. Etsi in his longe ua
rient auctores, sed sequar in hoc et in omnibus uestigia illorum qui mihi uel auctoritatis plus
habere, uel ad similitudinem ueri propius uident accedere, ueritatem enim ipsam tam anti
quis in rebus et in tanta scriptorum dissonantia indubitanter apprehendere perdifficile est.
Igitur Scipionis cuius et preclarum principium et progressus uite inclitus et singularia
cuncta peruenerat, quod communis excellentium semper in populis sors fuit, quibus fere uirtus
et gloriam simul et inuidiam parit. Huic profecto nec species corporis preclara, nec preclarior
fama, nec uirtus preclarissima. Postremo nec regum terre gentiumque ueneratio
nec in patriam pietas ac meritum et res geste ab inuidia protexerunt. Sed quod loquor imo
uos ipsimus cum inuidie obiecerunt. Neque id miror. Est enim inuidia uirtutum hostis
et glorie. Illud stupeo quod neque huic acontemptu que extinguere consueuerunt. — · precesit ł. protexerunt
Id quod sed Affricano accidit, ut inter tot suos ac domesticos splendores, populo quo per
cum liber et populorum princeps erat, familiaritate et conseruatione uiluerit. Quod spare — ł. conuersatione
quant alii. Quod quam supra fidem est, ipsa titulum uerba ponam. Maior igitur gloria Sci
pionis et quo maior eo propior inuidie. Hoc est ipsum quod non miror, quoniam usitatum est
et commune. Sed ecce quod stupeo. Accedebat igitur quod decimum iam prope annum assiduus in
oculis hominum fuerat, quod res minus uerendos magnos homines ipsa sacietate facit. O — Exclamat auctor
indigna sacietas, o indigna assiduitas male cogitata, o inepta rerum extimatio
et uulgi semper ceca inuidia. Prosequitur deinde idem auctor, ut hac de causa in contentione
honoris longe impar quamuis illustris competitor per longe impare candidato Affricanum
populo suffragante superauerit. Sed hec utcumque tollerabilia, illud intollerandum pu
dendumque romano semper nomini, quod liberator populi romani italie protector et ipsius qui
cartaginem toto orbe potentissimam inimicissimamque urbem, quo hanibalem ad orbis
ipsum aspirantem sic fregisset ut et ciuitas in tributo anno et dux eius turpissima
tima in fuga omnem reponeret spem salutis, illeque non triumpho solo singulari et — ł. soli

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0109
MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG